

æquissimis conditionibus, quas pater Hein-
 ricus ante ipsum statuerat, transegit, ut ope-
 ram suam rei literariæ apud Lipsienses da-
 ret. Singularis hic vir utriusquæ linguæ &
 primarum artium princeps, virtute, sapien-
 tia & integritate ornatissimus, antiqua & ce-
 lebri Camerariorum stirpe in Francis Ger-
 manis ortus, quatuordecim annorum ado-
 lescens studiorum causa Lipsiam missus, &
 institutioni M. Georgii Heldii commenda-
 tus fuerat. Ubi cum quinquennium sub-
 stitisset, græcas literas apud Richardum
 Crocum didicit, cui postea harum faculta-
 tem, qua tamen Præceptori suo & cæteris o-
 mnibus longè antecelluit, acceptum ferre
 solitus fuit. Jam inde bacca lauream conse-
 cutus, cum discendo tum docendo omnem
 eruditionis celebris laudem habuit, & Er-
 furdia, quo se Lipsia demigrans contulerat,
 Magisterii insignibus ornatus, Martino Lu-
 thero, Philippo Melanchthoni, Eobano
 Hesso, & reliquis seculi illius piis, doctis &
 laudatis viris ita charus fuit, ut non minus a-
 marint, quam coluerint ipsum omnes. Se-
 cesserat ille propter res in Germania turbu-
 lentas in Borussia, apud infimos & summos
 ætlic honoratissimus. Inde porro ab amplis-
 simo